



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Codex traditionvm Corbeiensivm

Falcke, Johann Friedrich

Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752

§. 481. De manso et mancipio traditis, sitis ad villas Radirinhus atque Aenesi intra pagum Itergowe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36114

Ab anno
1014 vl-
que 1037
regnante
Chuonra-
do II.

in *hiadanofon* (a) et I. locum filuaticum et II. mancipia.

§. 481.

uermūd tradidit pro filio suo conrado I. mansum in *radirinbus* (b)
uermūd tradidit pro filio suo branthor I. mancipium in *aenefi* (c).

§. 482.

balding tradidit pro filio suo reginmaro I. mansum in *witmeri* (d) et
V mancipia.

§. 483.

De villis
Æwerlan
et Hiada-
nofon
in pago
Logne.

(a) *Æwerlan* et *Hiadanofon* villæ erant in pago *Logne* sitæ, teste Sarachonis Registro B. et P. A. C. *Hiadanofon* esse videtur *Heddenbusen*, in præfectura *Hardefen*, locus in principatu *Gottingenfi*; an vero sit *Æwerlan* et *Elkershusen* sint idem locus, situs in præfectura *Fridland*: An *Ellersbusen* subaudiatur in præfectura *Munden*, vel *Elsehufen* in præfectura *Harste*, vel *Eluese* in dynastia *Hardenberg*, vel *Eluernihufen* in dynastia *Adelipsen*, id in medio relinquimus. *Siwardum*, qui hæc bona tradidit, fuisse comitem *Sifridum* de *Northeim*, patet e *Chronico* nostro MSpto, in quo ad annum *MXXIII* hæc verba leguntur: *Thiatmarus, filius Sigefridi comitis, receptus est in monasterium* confer de illo supra §. 104. not. (l).

De villa
Radirin-
hus in
pago
Itergo-
we.

(b) *Radirinbus* fuisse locum pagi *Itergowæ*, refert *Saracho* in Registro. An vero designetur *Rhene*, vel *Ratler*, vel *Renegge* in præfectura *Eisenberg*, vel *Radern* in præfectura *Lichtenfels* in principatu *Waldeccensi*, vel *Rengershausen*, vel *Ronnekaufen*, vel *Reueringhausen* in ducatu *Westfalix* in terminis *Waldeccensibus*, id nondum definire licet.

De villa
Ænefi
in pago
Itergo-
we.

(c) *Ænefi* erat, eodem *Sarachone* teste, locus pagi *Itergowæ*. Intelligimus, designari vel *oberen*, vel *niederem* *Ense* in præfectura *Eisenberg* in principatu *Waldeccensi*. *Wermund*, qui hæc bona tradidit, probabiliter videtur fuisse *Verthumundus*, qui, teste *Vita Meinwerei* p. 535. n. 54. in marca *Calriki* bona quadam largitus est ecclesie *Paderbornensi*. De eo vide supra §. 216. An ipse fuerit factor nobilium dominorum de *Itter*, id in medio relinquimus. Interim reperimus haud procul a *Franckenberg* in *Hassia* quendam vicum, appellatum *Viermunt* ad fluuium *Adrinam*, hodie dictum *die Eder*, qui nisi esset villa *Fiermini* in pago *Hassia*, a *Verthumundo* nostro, seu a quodam progenitore eius nomen accepisse videretur. Id vero aliis perscrutandum volumus referuatum.

De villa
Witmeri
in pago
Hessi Sa-
xonico.

(d) *Witmeri* villa erat, *Sarachone* teste, sita in pago *Hessi Saxonico*. Procul dubio significatur vicus *Witmersen* haud procul a monasterio *Wormel*, quod est in *Paderbornensi* episcopatu. De hac villa loquuntur procul dubio litteræ, quas maioris perspicuitatis gratia e membrana addimus, sequentes. En illas.

Nos Johannes dei grā p̄ptus *Jutta* abbatissa et conuentus monasterii in *Wormilon* tenore p̄ntium recognoscim⁹ publice protestando quod nos de duob⁹ māsis sitis in *Witmare* et vulgo d̄cis *hafenhoue* ab honorabilibus viris p̄posito et uentu ec̄cie *Corbeyen*. in nos et ec̄ciam n̄ram translatis cum omnibus suis iurib⁹ et p̄tinentiis p̄ ut in l̄ris eorundem sup hoc editis et p̄fectis ac apud nos depositis pleni⁹ continetur annum dabim⁹ et debitam pensionem p̄soluem⁹ p̄posito et conuentui ante d̄cis videlicet singulis annis in festo *michaelis* unum talentum leuium denariorum et duos solidos grauium denariorum huxā. usualium et hi duo solidi *vochet pennynge* dici solent. in hui⁹ rei facte testimonium p̄ns scriptum eisdem dedim⁹ n̄ro sigillo roboratum. Datum anno d̄ni M. CCC. II. in vigilia lucie.

Ad quam familiam spectauerit *Balding* eiusque filius *Reginmarus*, qui in hac villa bona sua largiti sunt *Corbeiensibus*, non patet. Cum autem interim *Widkindus*, comes de *Waldekke*, in eodem loco bona possederit, vti intelligitur e diplomate eiusdem *Widkindi*, supra §. 104. not. (u) adducto, ad *Waldeccensem* seu *Widkindeam* familiam videntur spectasse, licet vinculum genealogicum nondum accurate ostendi queat.